



B. 61.

18.

PROGRAMMA,  
QUO  
PRAELECTIONES  
PUBLICAE  
AD MATERIAM  
DE  
ORTU  
ET  
PROGRESSU  
PRAECIPUARUM MATERIARUM  
IURIS ECCLESIASTICI  
IN AUDITORIO PUBLICO HABENDAE  
&  
D. SEPT. XXII. AUSPICIENDAE  
INDICANTUR  
JUSTO HENNINGO BÖHNERO, D.  
P.P. ET FAC. IURID. ASSES.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ  
Typis Joh. Christiani Zahni, Acad. Typogr.





Nte bimestre spatium absolui prælectiones publicas ad tractatum , quem ante annum edidi, de iure publico uniuersali , & quia temporis ratio postulat, vt instantे hyeme auspiciis diuinis ad prælectiones iuridicas reuertar , e re esse duxi , talem iuris materiam præoptare , quæ sua vtilitate singulare se commendaret , nec tamen priuatos intra parietes commode exponi , & digne explicari posset. A pluribus quippe annis mihi in more positum fuit, vt lectiones hyemales priuatas, hora III. pomerid. , explicationi iuris canonici ad dictum aphorismorum Arnoldi Coruini destinarem, & cum instanti semestris spatio , post festum Michaelis, hora consueta, ad eundem laborem reuerti animus sit, elegi materiam , publicis prælectionibus inferuentem , quæ priuatis curis ad ius canonicum Coruini lucem & manum præbere, & faciliorem exitum studio iuris ecclesiastici promittere posset. Constat enim ex omnium tum confessione tum ipsa experientia, nullam iuris partem recte & solide tradi & intelligi posse, fine luce historiæ & antiquitatum, vt proinde nihil magis iurium cultori curæ cordique esse debeat, quam ipsas quarumcunque rerum iuridicarum euoluere origines. In iure Romano vix quisquam felicissimos exitus facere poterit, nisi antiquitates Romanas in subsidium vocauerit. Et quis in iure publico imperii nostri tam hospes est, qui negare audeat , hanc disciplinam sine cognitione historiæ status Germanici antiqui recte explicari posse? Speciatim vero iuris ecclesiastici tanta est sine cognitione historica obscuritas & difficultas , vt qui origines quarumcunque materiarum huius doctrinae negligat, & otiosas esse iudicet, vix conceptum quendam , ned dicam *verum* , de illis sibi formare possit. Inde tot errores, tot fluctus, tot concertationes de quibusvis iuribus occur-

occurrunt, quæ plerumque originem ex neglecta originum inquisitione trahunt, & ita incertissimas quæstionum decisiones producunt. Cum itaque origines rerum euoluere in hoc studio ad modum necessarium sit, id quod etiam in *dissert. præliminari ad Petrum de Marca de concord. sacerdotii & imperii*, fusi ostendi, iam quidem in eo sum, vt dissertationes quasdam iuris ecclesiastici antiqui publici iuris faciam, quemadmodum eas etiam iam prelo commisi, & ita hoc opusculo eorum industriæ succurram, qui studio iuris ecclesiastici solidiori operam dare ingrediuntur; quia tamen paucissimæ tantum sunt, & omnium rerum ecclesiasticarum origines non exhausti, constitui publicis prælectionibus, potiorum materialium iuris ecclesiastici origines euoluere, & simul progressus vteriores earum ostendere, vt, his cognitis, ipsa iura, quæ inde nata sunt, facilitiore labore in collegio priuato ad *aphorismos Coruini* tradi & explicari queant. Cum vero compendio omni destituar, cuius ductu hanc explanationem ingredi possim, rem omnem aphorismis concisis complecti & calamo mandare necesse erit, in quo labore eo temperamento utar, ne tedium in dictando Auditoribus honoratissimis creem, sed potius omnia via voce plenius & fusi explicem. Ut autem simul constare queat, de quibus rerum iuridicarum originibus agere animus fit, ad certa capita easdem reuocaui, & hic subiungere e re esse duxi. Initium harum lectionum in publico auditorio fiet V. D. futura d. XXII. Septembr. & quidem hora IV. pomeridiana. Ceterum priuatis lectiōnibus post festum Michaelis *aphorismos Coruini ad ius Canonicum* hora III. pomerid. introductionem meam ad Digesta hora IX. matut. & II. pomerid. porro *Struuii Iurisprudentiam* hora XI. matutina explicabo, additurus, nundinis finitis, hora X. matut. Collegium ad *Hoppii Examen Institutionum*. Faxit Deus feliciter. Dab. in alma Fridericiana d. X. Septembr. MDCCX.

Syl-



*SYLLABUS CAPITUM DOCTRINÆ  
DE  
ORIGINIBUS IURIUM ECCLESIASTICORUM.*

- Cap. I. De origine Ecclesiarum.  
II. De origine Dioecesium.  
III. De origine Parochiarum & iuris parochialis.  
IV. De origine Synodorum.  
V. De origine Presbyterorum & Diaconorum.  
VI. De origine Episcopor. Archiepisc. & primatum.  
VII. De origine patriarcharum & speciatim de pontifice Romano.  
VIII. De origine Cardinalium.  
IX. De origine legatorum sedis Romanæ.  
X. De origine electionis & postulationis.  
XI. De origine ordinationis.  
XII. De origine Pallii.  
XIII. De origine coadiutorū aliorumque vicariorum.  
XIV. De origine capitulorum.  
XV. De origine militiae sacræ.  
XVI. De origine iuris Patronatus.  
XVII. De origine Monachatus & Monasteriorum.  
XVIII. De origine legum Ecclesiasticarum.  
XIX. De origine Iurisdictionis Ecclesiasticæ.  
XX. De origine disciplinæ Ecclesiasticæ.  
XXI. De origine Liturgiæ, baptismi &c.  
XXII. De origine confessionis auricularis.  
XXIII. De origine Oblationum deci marum aliorum.  
XXIV. De origine indulgentiarum. (que prouent.  
XXV. De origine confirmationis & vunctionum.  
XXVII. De origine templorum & coemeteriorum.  
XXIX. De origine honorū ecclef. & præbendarum.  
XXIX. De origine annatarum.  
XXX. De origine Mensium papalium.  
XXXI. De origine primiarum precum.  
XXXII. De origine festorum.


AL 364 <sup>a</sup>




56,

3. 1.







18

PROGRAMMA,  
PRAELECTIONES  
PUBLICAE  
AD MATERIAM  
DE  
ORTU  
ET  
PROGRESSU  
PRAECIPUARUM MATERIARUM  
IURIS ECCLESIASTICI  
IN AUDITORIO PUBLICO HABENDAE  
&  
D. SEPT. XXII. AUSPICIENDAE  
INDICANTUR  
JUSTO HENNINGO BÖHNERO, D.  
P.P. ET FAC. IURID. ASSES.

HALÆ MAGDEBURGICÆ  
Typis Joh. Christiani Zahnii, Acad. Typogr.

